



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

54. Universis, & singulis &c. Monitorium die 13. Octobris 1713. vigore  
specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Franciscum Miranda, &  
Gayarre assertum Judicem prætensi Tribunalis Monarchiæ ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



bus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præterim in Bullâ in die Cœnæ Domini quottannis legi, & publicari solitâ contentis, & à Fidelium confortio disjuncti, segregati, & separati, à quibus non nisi à Sanctissimo Domino Nostro, & Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, & tunc cum reincidentia eo ipso, postquam convaluerint, absolvi possint, ex quo cum Josephus la Rosa in spretum Censurarum incursum & contra eum declaratarum, tanquam sacrilegum Executorem expulsionis Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi Catanensis publicè in Civitate Messanæ suæ residentiæ loco conversaretur, & in Civilibus, ac Divinis communicaret, atque id ipsum perageret Joannes Baptista Paternò Baro Ficarazzii, qui pariter ob læsionem Ecclesiasticæ Immunitatis ab eodem Domino Episcopo Catanensi suo Ordinario publicè excommunicatus denunciatus fuerat, & sub prætextu absolutionis, licet nullæ, ac invalidæ à quodam auctore Delegato præfati Tribunalis Monarchiæ Siciliæ nuncupati obtentæ similiter in confortio Fidelium degeret, excitatâque subinde de ordine Sanctissimi Pastoralis Illustrissimi & Reverendissimi Archiepiscopi Messanensis sollicitudine, ut pro Animarum salute dictos Josephum la Rosa, & Baronem Ficarazzii in dictâ Civitate Messanæ, tanquam excommunicatos vitandos publicè denunciaret, idem Archiepiscopus obsequenter parendo declaratoria Edicta in solitis Messanæ locis affigi mandavisset, prout affixa fuerunt; In odium præfata afflictionis de ordine Sæcularis Potestatis sub die 28. Julii in Carceres fuerunt conjecti Sacerdos Franciscus Brunus, ac alter eidem Archiepiscopali Curia inserviens per dictum Caporalem Antonium Cuppolinum, aliumque dictæ Magnæ Curiaë Birruarium, qui Caporalis præfata declaratoria Edicta iniquo ulterius, & temerario ausu, assistentibus prædictis Joanne Baptista Fornarotto Baroncello & Andrea ejus fratre idibus cultri discepserit, & laceravit; Decreta verò postmodum à Domino Prorege ejusdem Domini Archiepiscopi expulsionem, illaque commissâ dicto Josepho Odoarte, hic illam temerè fuit exequutus; Sub die etenim 28. Julii præteriti ad Archiepiscopale Palatium se contulit, & sacrilego mandato parendo, ipsi Archiepiscopo ad tenorem literarum ejusdem Domini Proregis, quas reddidit, discessum intra spatium viginti quatuor horarum à Civitate, & Regno etiam oretenus injunxit, contemporaneè accessit, ac ad eundem finem conspirantibus N. ejus Adjutore nuncupato l'Ajutante, antefato Capiteo Birruariorum Joanne Baptista Fornarotto, Andrea ejus fratre, Antonio Cuppolino, aliisque Magnæ Curiaë Executoribus, qui moram in primis Palatii mansionibus usque ad tertiam noctis horam traxerunt, donec scilicet dictus Dominus Archiepiscopus magis, magisque concussus ab illo Regno discedere coactus fuit, semper interea degens sub continuâ, & nunquam intermissâ prædicti Odoarte, ejusque Coadjutoris custodia, qui tota superveniente nocte, totaque sequenti die 29. Julii, nec per momentum quidem datâ ei libertate, illum ad paratas à Potestate laicâ Naviculas, & sic ad consummatum discessum ab Insulâ & Regno semper associarunt; Hac omnia in contemptum, ac læsionem jurisdictionis, Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ, ac auctoritatis Sanctæ Sedis Apostolicæ respectivè committendo, singula singulis &c., & prout latius in Sententiâ per Nos latâ continetur, ad quam &c; Ideoque tanquam excommunicati, & supradictis Censuris Ecclesiasticis innodati, & illaqueati ab omnibus Christifidelibus evitentur, donec, & quousque beneficium absolutionis ab

eodem Sanctissimo Domino Nostro, five à Romano Pontifice pro tempore existente obtinuerint. Instanti Excellentissimo Domino Nicolao Jacobatio Generali Procuratore Fiscali, Romæ hac die 23. Januarii 1714.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

*Paulus Fatius Notarius.*

Amoventes, lacerantes, aut aliquo modo perturbantes sint ipso facto eisdem Censuris innodati, & excommunicati, ut supra.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

*Paulus Fatius Notarius.*

### MONITORIUM

Die 13. Octobris 1713. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Franciscum Miranda & Gayarre assertum Judicem præfati Tribunalis Monarchiæ Siciliæ, ex quo Censuras ab Episcopo Catanensi contra Expulsores suos pronunciatas nullas, ac injustas, nec non Interdictum ab eodem Episcopo in actu suæ expulsionis Civitati Catanensi, ejusque Diœcesi appositum nullum pariter, ac injustum declarari fecerit, & plura alia in gravissimum Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & auctoritatis Sanctæ Sedi Apostolicæ præjudicium perpetuare ausus fuerit.

*Nicolaus Spinola Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curiaë Casuarum Camera Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiaë Judex Ordinarius; Sententiarum quoque, ac Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam litarum, ac Literarum Apostolicarum quaruncumque Universalis, ac merus Executor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infra scripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, ac Delegatus.*

Universis, & singulis RR. Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis Parochialiumque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem vel ad quos præfentes nostræ Literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod, hac infra scriptâ die comparuit coram Nobis Perillustri, & Excellentissimo Domino Nicolao Jacobatio Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Camera Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit jam in Tribunali nostro ex Processibus desuper fabricatis constare, quod Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Andreas Riggus Episcopus Catanensis non modò à sua Civitate, & Diœcesi Catanensi, sed etiam à toto Regno Siciliæ de ordine Domini Pro-Regis dicti Regni sacrilegè non minus, quam violenter expulsus, in actu suæ expulsionis affigi fecerit Cedulones Censurarum contra Josephum la Rosa Primarium Militum Instructorem, Sargentem Majorem nuncupatum,

*Episcopus Catanensis justis Pro-Regis Siciliæ & toto Regno expulsus in actu expulsionis excommunicavit & excommunicavit.*



nec non Capitaneum, & Milites expulſionis hujusmodi Executores, ſimulque juxta ordinem ab eodem ſanctiſſimo Domino Noſtro pro ejuſmodi caſu præventivè ſibi datum, Civitatem, ac Dioceſim præſatas Generali Interdicto Locali ſubjecerit; Addidit etiam ex iſdem Proceſſibus reſultare, quòd cum antea idem Dominus Epicoſopus ob Ecclèſiaſtica Immunitatis læſionem Joannem Baptiſtam Paterno Catanienſem Baronem Ficaratii in Excommunicationem ſanctitati Suae, ac Sedi Apoſtolice reſervatam incurſum declarafſet: Ipſe vero Baro habitò recurſu ad præſentum Tribunal Regiæ Monarchiæ Siculæ nuncupatum, nullaque, ac proſus abuſivà ob defectum Jurisdictionis reportatà ab ejuſmodi Tribunali abſolutione ad cautelam, publicè, & palàm, tam in divinis, quam in humanis cum Chriſtifiſidelibus communicaret: Pati non valuit Paſtoralis Epicoſopi Zelus, quod morbida Pecus totum Ovile corrumpere, adcoque, ut omninò, & ab omnibus ejus conſortium vitaretur, novos Cedulones Cenſurarum contra dictum Baronem affigi curavit. Porro adverſus hæc à Sæculari poteſtate ejuſdem Regni, ut ſupponitur, excitatum ſupradictum præſentum Tribunal Monarchiæ inſurrexit, illuſque aſſertus Judex Franciſcus Miranda, & Gayarre Panormi reſidens exercendo eam Jurisdictionem, quam non habebat, nec habet, mediantibus ſuis literis cuidam Cajetano Buglio Decano Metropolitanæ Ecclèſiæ Meſſanæ, ac Delegato Ordinario præſati præſentis Tribunalis in Civitate Meſſanæ ſpecialiter commiſſit, ut ad dictam Civitatem Catanienſem ſe conferret, ac in illà publicari, & affigi curaret Edictum, quo nullas, & injuſtas declararet Cenſuras contra dictum Joſephum la Roſa, ejuſque Socios à præſato Epicoſopo Catanienſi promulgatas, nullumque itidem, ac injuſtum ediceret Locale generale Interdictum ab eodem Epicoſopo apoſtitum, ſimulque aperiſionem Ecclèſiarum pro Divinis Officiis juxta morem peragendis demandaret, ſub penà Excommunicationis majoris contra inobedientes eidem aſſerto Judici reſervatæ, prout dictus Cajetanus executus fuit mediante publicatione, & affixione Edicti Typis impreſſi, & de ejus ordine promulgati, enunciata in illo ſui Superiori aſſerti Judicis commiſſione. Ex hujusmodi autem Edicti publicatione, & affixione provenit, quòd Ecclèſiæ, quæ per multos præcedentes dies in vim memorati Interdicti clauſæ extiterant vigore ipſius edicti fuerint ſtatim apertæ, & patefactæ, ut in eodem Edicto præcipiebatur, ac publicis Sacrificiis aliisque Divinis Officiis cum maximo Bonorum ſcandalo reſtitutæ.

§. 2. Succèſſivè idem Franciſcus Miranda agro, ac iniquo animo ferens, quod ſupradictus Dominus Epicoſopus poſt nullam, ac omninò invalidam præſati præſentis Tribunalis Monarchiæ abſolutionem ad cautelam à dicto Joanne Baptiſta Paterno temerè reportatam, novos Cenſurarum Cedulones, licèt jure, & rectè, contra eundem Paterno promulgafſet, per alias ſuas Literas datas Panormi die 16. Maii proximè præteriti eidem Cajetano Buglio commiſſit, ut Cenſurarum Cedulones hujusmodi nullos, irritos, invalidos, ac injuſtos declararet, eundemque Joannem Baptiſtam nullatenus excommunicatum; adeoque etiam nullatenus vitandum decerneret, omnibuſque propterea demandaret, ut cum illo liberè communicare deberent, penà Excommunicationis majoris ſibi reſervatæ contra inobedientes, & inobſervantes comminatà, & impoſitã, prout idem Cajetanus ſpecialiter ad hæc Delegatus mediante publicatione, & affixione Edicti pariter impreſſi, ac in Civitate Meſſanæ, & forſan alibi promulgati executus fuit. Rebuſque aliis in Proceſſu Cauſæ, & Cauſarum hujusmodi latiùs deductis,

ad quem &c. prædicta omnia committentes, & temerè, ac faciliè patrantes contra dicti Domini Epicoſopi Jurisdictionem, immò verius contra Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolice Authoritatem cum tanto fidelium ſcandalo, ac totius ferme Ecclèſiaſtica Diſciplinæ everſione, tam conjunctim, quam diviſim, & aliàs omni &c. ſingula ſingulis congruè referendo, non ſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c.

§. 3. Quamobrem ad instantiam, & pro parte præſati Domini Procuratoris Fiscalis fuimus inſtiter, & debite requeſiti, quatenus, firmis remanentibus Cenſuris per Breve ſanctitatis Suae die 17. Junii proximè præteriti expeditum declaratis contra præſatum Cajetanum Buglio prædictæ Commiſſionis, & Edictorum Executores notorium, firmoque remanente Interdicto per eundem Dominum Epicoſopum apoſtito, ac pariter in dicto Brevi per ſanctitatem Suam confirmato, de oportuno Juris remedio providere, & Monitorium extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparandum decernere, & concedere dignaremur. Quare præſentato, & exhibitò Chirographo manu ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri, die ſeptima menſis Octobris currentis ſignato, tenoris ſequentis, videlicet:

*Monſignor Nicolò Spinola Arciveſcovo di Tebe, & Auditore Generale della noſtra Camera Apoſtolica. Havendo Noi ordinato a voi, e al voſtro Tribunale, che doveſte formare Proceſſo ſopra la publicazione, & affixione d'alcuni Editti fatti in Meſſina, Catania, & altre Città, e Luoghi del Regno di Sicilia con grave leſione della Giuriſdizione Ecclèſiaſtica, autorità de Veſcovi, e dell'ſteſſa Santa Sede dal Decano della Cattedrale di Meſſina Don Gaetano Buglio, come Delegato del preſeſo Tribunale della Monarchia di Sicilia, per commiſſione datagliene da Don Francesco Miranda, e Gayarre aſſerto Giudice di detto preſeſo Tribunale; Maſſime perche havendo Monſignor Veſcovo di Catania in tempo della ſua ſacriſega, e violenta eſpulſione non ſolo dalla ſua Città, e Dioceſi di Catania, ma an coda tutto il Regno di Sicilia dichiarato ſcomunicato il Sargente Maggiore Gioſeppe la Roſa aſſieme col Capitano, e Soldati Eſecutori di tale eſpulſione; Es in oltre havendo per tal cauſa publicato con Cedoloni l'interdetto Locale Generale della Città, e Dioceſi ſudette, e tutto ciò in vigore di ſpeciale ordine, e iſtruzione da Noi preventivamente datagli per il caſo, che ſi foſſe tentato di uſargli violenza; Detto Gaetano Buglio faceſſe publicare, & aſſigere Editto nella Città di Catania, come Delegato a ciò ſpecialmente per commiſſione havuta dal detto Francesco Miranda aſſerto Giudice, come ſopra, e ſuo Superiore, col quale ſumo dichiarato nulle, & inguſte le Cenſure promulgate contro detto Sargente la Roſa, e altri, e inſieme nullo, inguſto, illegittimo, inſuſſistente, irrito, e di niuna forza, e valore l'accennato Interdetto, con ordinarſi a tutti li Superiori delle Chieſe Regolari, e Secolari l'aperixione delle medefime, e la celebrazione de Divini Officii, come ſi faceva prima di detto Interdetto, ſotto pena di ſcomunica Maggiore reſervata a detto aſſerto Giudice; E in oltre perche havendo l'ſteſſo Monſignor Veſcovo di Catania dichiarato incorſo nelle Cenſure a Noi reſervate Giovanni Battista Paterno di Catania Barone di Ficarraxi, & eſſendoſi detto Barone fatto aſſolvere ad cautelam dal ſudetto preſeſo Tribunale della Monarchia nullamente, & invalidamente per diſetto di Giuriſdizione, publicamente praticate, e comunicate colli Fedeli, e perciò detto Monſignor Veſcovo con nuova affixione di Cedoloni l'haveſſe dichiarato ſcomunicato vitando, per ordine di detto Francesco Miranda con nuova Commiſſione data al medefimo Gaetano Buglio foſſe fatto publicare, & aſſigere altro Editto ſtampato, con il quale publicamente ſi notificava, che non oſtante detti Cedoloni il præſato*

Instantia Procuratoris Fiscalis, ut procedatur contra d. Judicem aff. Monarchiæ juxta mandatum Sanctiſſimi.

Tenor Chirographi Pontificii.

Et de mandato Sanctiſſimi Civitatem & Dioceſim Catanien Interdicto ſupponit.

Baro Ficaratii à d. Epicoſopo excommunicatus a Tribunali aff. Monarchiæ abſolutionem petit, & obtinet.

D. Epicoſopus eum iterum excommunicatum vitandum declarat.

Judex aff. Monarchiæ commiſſit Cajetano Buglio ut nullas declararet cenſuras, & nullum pariter Interdictum ab Epicoſopo promulgatum, quod ipſe exequitur publico Catanien affixo Edicto, unde oritur Interdicti contemptus.

Juſſu prædicti Judicis idem Buglio nullas declarat novas Epicoſopi cenſuras latas contra Baronem Ficaratii ejuſque conſuetudinem evitari prohibet ſub penà excommunicationis majoris.

pus Co-  
lis juſ-  
Regiæ  
& ro-  
no re-  
in ac-  
puliſſi-  
com-  
avit E-  
res.



Barone di Ficarazzi era tutavia nel Confortio de Fedeli e potea liberamente praticare con loro, e fare tutti gl' Eserciti di Christiano, come faceva prima di detti Cedoloni comandando perciò a tutti, che così lo dovessero trattare senza dargli imbedimento alcuno sotto pena alli contravenitori della stessa Miranda assero Giudice, come sopra, e come più distintamente in detti Editti, alli quali &c. Per pura però narrazione di fatto, e con totale nostra disapprovazione de medesimi Editti. Et essendoci stato riferito dal nostro Procuratore Fiscale Generale il risultato da detto Tribunale formato sopra l'affissione pubblica di detti Editti d'ordine di detto Gaetano Buglio, e per commissione havutane dal suddetto Francesco Miranda, come anco sentito il parere della Congregazione particolare sopra di ciò da Noi specialmente deputata, quale è stato che resti abbastanza provata l'affissione, e publicazione delli due sopradetti Editti, e che tutto sia stato di Commissione di detto Francesco Miranda, & Gayarre, ad effetto di potere contro di lui trasmettere il Monitorio per l'incorso delle Censure. Non volendo Noi, che lesioni si gravi da detto Francesco Miranda, come sopra, inserite alla Giurisdizione Ecclesiastica anzi alla Potestà, & Autorità nostra medesima, restino impunite; atteso particolarmente, che le Censure contro detto Giovanni Battista Paternò dichiarate sono specialmente riservate a Noi, & alla Sede Apostolica, e che l'Interdetto Locale nella Città, e Diocesi sedette di Catania fu apposto di nostro ordine preventivamente dato, come sopra, al detto Vescovo di Catania, e havendo perciò Noi già con nostro Breve confermato detto Interdetto, e dichiarato incorso nelle Censure detto Gaetano Buglio, come publico Promulgatore di sì temerarii Editti, e perciò restando fermo detto Interdetto, e Censure. Se bene voi, & il vostro Tribunale, come Essecutore Generale delle Lettere Apostoliche, potrete e procedere in questa Causa, o Cause in vigore delle vostre facultà; Nondimeno a maggior cautela di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra Potestà assoluta, preservando primieramente tutte, e singole altre ragioni, che intorno a ciò potessero in qualunque modo, e tempo competere al nostro Fisco avocando a Noi, in quanto faccia di bisogno, questa Causa da qualunque Tribunale Congregazione, & Giudice, & havendo qui per espresso il contenuto del Processo, o Processi fabricati d'ordine nostro, come se di parola in parola vi fossero stati inseriti: Con il presente Nostro Chirografo la commettiamo a Voi, e vostro Tribunale nello stato, & termini, nelli quali si ritrova con i suoi annessi, connessi, & emergenti, e dipendenti, anche con la clausola quam. & quas comandandovi espressamente, che dobbiate non solo in virtù delle vostre facultà generali, ma anche in vigore di quelle, che vi concediamo con questo nostro Chirografo, procedere a dichiarare incorso in tutte, e singole pene Canoniche il detto Francesco Miranda, e Gayarre assero Giudice della pretesa Regia Monarchia di Sicilia, ed ogn'altra Persona, che si trovasse colpevole nella commissione, publicazione, o affissione di detti Editti contenuti nel Processo, o Processi già fabricati, o che si scoprissero in avvenire nella prosecuzione di essi, se giudicavate di farla; Et affinché più facilmente possiate ciò eseguire vi concediamo ancora la facultà, rimossa ogni appellazione, richiamo, ricorso, opposizione di nullità e etiam ex tribus, & altre ordinarie, & straordinarie di poterli citare anche per Editto, constando anche sommariamente, & estragiudicialmente, e quanto vi parerà, che basti del non tutto acceso, volendo, e decretando, che il Monitorio, o Monitorii, che intorno a ciò si spediranno da voi, e vostro Tribunale, affissi, che saranno in Roma alla Basilica di San Pietro alla Curia Innocentiana, & in Campo di Fiore, & alle Chiese Cathedrali, o maggiori delle Nostre Città, Terre, e

Luoghi di Terracina, Nettuno, Porto d'Anzio, Fiumicino, Civita-Vecchia, & Ancona, vagliano, & habbiano la loro forza, e vigore, come se personalmente fossero stati citati, moniti, & intimati, derogando in quanto sia di bisogno, a questo effetto, e per questa volta solamente, alle Constituzioni Apostoliche fatte, & ordinate anche ne' Concilii Generali, & particolarmente a quelli delli Nostri Predecessori Bonifazio Ottavo de una, & Innocenzo Terzo nel Concilio Generale Lateranense de duabus Dietis; & ogni altra cosa, che facesse in contrario, ancorche avesse bisogno d'pressa, specifica, & individua menzione, il tenore delle quali tutte, e singole vogliamo, che si habbia qui per espresso, & infero di parola in parola, e che il presente nostro Chirografo vaglia, & habbia il suo pieno effetto, vigore, & esecutione con la nostra sola sottoscrizione, benché non sia registrato nelli Libri della nostra Camera; ne in altro modo sia servata la forma della Constituzione di Pio Quarto parimente Nostro Predecessore de registrandis, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo, e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obbrexione, o subbrexione, mancanza della nostra volontà, & intenzione; ne qualsivoglia altro difetto, benché degno di espressa, speciale, & individua menzione, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare dichiarando nullo, & irritato tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, o ignorantemente si facesse, o si attentasse; Non ostante quanto a tutte, & singole cose premesse qualsivoglia Constituzioni; & Ordinazioni Apostoliche, Concilii anche Generali, Statuti, usi, consuetudini, Decreti, Indulti, e Privilegii sotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concesse Motu proprio, e per remunerazione di servigiù resi alla Religione Cattolica, e alla Santa Sede, e con qualsivoglia altre Clausole, e Decreti, alle quali tutte, & singole eziamio più volte confermati, benché ricercassero speciale, & individua menzione; havendo li loro tenori per espressi di simil moto proprio, e pienezza della nostra assoluta Potestà espressamente per questa volta sola, e per gl'effetti suddetti pienamente deroghiamo, perché tale è la nostra certa, espressa, e determinata mente e volontà. Dato nel nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo, questo di 7. Ottobre 1713.

## C L E M E N S P A P A X I .

Petit, & summa cum instantia postulavit, sine præjudicio tamen procedendi suis loco, & tempore contra alios in prædicti Monitorio non nominatos, & in præmissis huc usque repositos, vel in posterum super præmissis reperiendo culpabiles ac omnium, & singulorum Jurium hæcenus quomodolibet, & qualitercumque Fisco acquiritorum; & competentium suis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus, & aliis de Jure, & de stylo protestandis expressè protestatur, ita ut protestatio hujusmodi intelligatur facta, & repetita in qualibet parte harum nostrarum literarum Monitorialium, & in toto Processu desuper in posterum fabricando, & non aliàs &c. quatenus sibi literas Monitoriales ad Partes per Edictum publicum in locis in præfinito Chirographo designatis assignandas, exequendas, & publicandas, cum pro illis exequendis in Regno Siciliae tutus non pateat accessus, in forma solita decernere, & concedere, & aliàs de opportuno Juris remedio providere dignemur.

§. 4. Nos igitur Nicolaus Spinula Archiepiscopus Thebarum Judex Executor, & auditor prædictus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam in vim Ordinariæ nostræ autoritatis, præfinitoque Chirographo Nobis ut præfertur, præsentata inhaerentes, ac

etiam



etiam facultate in illo Nobis, nostroque Tribunali attributa utentes; Constitutoque Nobis per Testes fide dignos jam de nostro mandato examinatos ad dictum Regnum Siciliae &c., in quo moram trahit, & morari solet citandus & monendus, pro presentibus nostris Monitorialibus literis exequendis ritum non patere accessum, petitas literas monitoriales concedendas, & in locis infra dicendis exequendas, & publicandas fore, & esse duximus, & mandamus per presentes; Quo circa Vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore presentium committimus, & in virtute Sanctae Obedientiae strictae praecipiendo mandamus, quatenus visis eisdem presentibus, per praesens publicum nostrum Edictum in Romanam Curiam, in Audientia publica & literarum Contradictarum Sanctissimi Domini Nostri Papae legem, & ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Curiae Innocentianae, & in Acie Campi Florae, & extra eam in Confinibus Maritimis hujus Status Ecclesiastici, nempe in Civitatibus, Teris, & Locis Terracinae, Neptuni, Portus Antii, Fluminici, Civitatis Veteris, & Ancona per affixionem, publicationem, & executionem ad valvas Cathedralium, & Majorum Ecclesiarum respective ex parte nostra, immo verius Apostolica auctoritate pro nunc, & sine praedictis facultatis procedendi suis loco, & tempore contra alios in praemissis repositos, seu reperiendos culpabiles, quam facultatem Nobis expressè reservamus, & firmis remanentibus Censuris à Sanctissimo Domino Nostro Papa contra dictum Cajetanum Buglio assertum Delegatum praefatum, ut supra, declaratis, nec non Interdicto à Sanctitate Sua, sicut praemittitur, confirmato, supradictum Franciscum Miranda, & Gayarre assertum Judicem praefati praesentis Tribunalis Monarchiae Siciliae citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eundem harum serie citamus, monemus, & requirimus primo, secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum mensium spatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro secundo, posteriores verò viginti dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trinam canonicam monitionem assignamus, & vos assignetis, debeat Romae in Judicio coram Nobis, vel infra scripto Perillustri, & Excellentissimo Domino Antonio Sabaino Locumtenente Nostro in Criminalibus Generali legitime comparuisse, ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeat ipsum in omnes, & singulas censuras, & poenas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim in Bulla in die Coenae Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, insertas, impositas, & comminatas incidisse, & incurrisse declarari, & contra eum literas quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, ac ad omnes, singulos actus de, & super praemissis, & circa ea quomodolibet necessarios, & opportunos procedi, nec non respective ad videndum se se in censuras, & poenas hujusmodi incidisse, & incurrisse declarari, ipsique Domino Procuratori Fiscali Generali Jus, & iustitiam ministrari. Certificantes eundem Franciscum Miranda, & Gayarre sic citatum, & monitum, quod si in dicto termino ipsi praefixo legitime non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infra scriptus nihilominus servatis terminis de stylo Curiae servari solitis, ad omnium, & singularum censurarum, & poenarum praedictarum incursum declarationem, & executionem Cedulonorumque dictae Excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque respective, & ad omnia alia necessaria, & opportuna deveniemus, & procedemus, sive

deveniet, & procedet, iustitia mediante, ejus absentia, & contumacia non obstante. In quorum fidem &c. Datum Romae ex Magna Curia Innocentiana Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo tertio, Indictione sexta, die verò decima tertia mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papae Undecimi, Anno decimo tertio.

Antonius Sabainus Locumtenens, & Judex Deputatus.

Loco † Sigilli.

Paulus Favus Curia Causarum Camerae Apost. Notarius.

Die 27. Januarii 1714. Elapsis terminis in antedicto Monitorio praefixis, aliisque servatis de stylo Curiae servari solitis, lata, & publicata fuit contra praefatum Franciscum Miranda, & Gayarre assertum Judicem praesentis Tribunalis Monarchiae Siciliae Sententia declaratoria incursum in omnes, & singulas poenas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis edita, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula, Cedoloni, nuncupata, qua ipse universis Christianis denunciatus fuit excommunicatus vitandus, ac in eventum mortis privatus Ecclesiastica sepultura.

MONITORIUM

VI.

Die 12. Januarii 1715. vigore specialis Chirographi Pontificii expeditum contra Jacobum Longo assertum Judicem praesentis Monarchiae Siciliae, & plures alios à laicali Potestate Delegatos, qui Ecclesiasticum Interdictum Civitatis Agrigentini, ejusque Diocesis ab illius Episcopo appositum, & à Sanctissimo confirmatum violati fecerunt, illud observantes multifariam vexarunt, alios ad ejus violationem compulerunt, pluraque alia impia, & execrabilia ibidem perpetrarunt in contemptum Censurarum, & Ecclesiasticae, ac Apostolicae auctoritatis.

Nicolaus Spinola Archiepiscopus Thebarum, Pontificii Solii Assistent, Curia Causarum Camerae Apostolicae Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Judex ordinarius; Sententiarum quoque, ac Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latorum, ac Literarum Apostolicarum quarumcumque universalis, ac merus Exequutor, nec non Judex à Sanctissimo Domino Nostro Papa in infra scripta Causa per speciale Chirographum Deputatus, & Delegatus.

Universis, & singulis RR. Dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Parochialiumque & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, ceterisque Presbyteris, nec non Clericis, Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem vel ad quos praesentes nostrae Literae pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino.

§. 1. Noveritis, quod, hac infra scripta die, comparuit coram Nobis Perillustri, & Excellentissimo

Citatur, & monetur D. Judex asser. Monarchiae ad comparandum, & allegandum causam quare &c.